Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



· Iere

sedeat super solium dauid. et potestatem
legat ultra in iuda. Capl. xxiii.
Ve pastoribus qui dispergunt
et dilacerant gregem pascue
mei dicit dominus. Ideo
hec dicit dominus deus israel ad pas
tores qui pascunt populum meum. Vos
dispersistis gregem meum. et eiecistis eos.
et non visitastis eos. Ecce ego visi
tabo super vos malitiam studiorum
vestrorum ait dominus. Et ego congregabo
reliquias gregis mei de omnibus terris
ad quas eiecero eos illuc. Et conuertam eos
ad terram suam. et crescent. et multiplicabun
tur. et suscitabo super eos pastores. et
pascent eos. Non formidabit ultra
et non pauebunt. et nullus quere
tur amplius dicit dominus. Ecce dies ue
nunt dicit dominus. et suscitabo
dauid germen iustum. et regnabit rex
et sapiens erit. et faciet iudicium et ius
titiam in terra. In diebus illis saluabitur
iuda. et israel habitabit confidenter. et hoc
erit nomen quod uocabunt eum. dominus
iustus noster. Propter hoc ecce dies ueni
unt dicit dominus. et non dicent ul
tra viuit dominus qui eduxit filios
israel de terra egipti. Viuit dominus qui
eduxit et adduxit filios israel de terra a
septentrione. et de cunctis terris ad quas
eiecerat eos illuc. et habitabunt in terra
sua. Ad prophetas. Contritum est cor me
um in medio uentris mei. contremuerunt
omnia ossa mea. factus sum quasi ebrius.
et quasi homo madido uino a fa
cie domini. et a facie uerborum sanctorum eius.
Quia adulteris repleta est terra. quia
a facie maledictionis luxit terra.
arefacta sunt arua deserti. factus est
cursus eorum malus. et fortitudo eorum dis
similis. Quia nam et sacerdos polluti
sunt. et in domo mea inueni
malum eorum ait dominus. Ideo uia
eorum erit quasi lubricum in tenebris. Impel
lentur enim et corruent in ea. quia af
feram super eos malum annum visita
tionis eorum ait dominus. Et in prophetis
samarie uidi fatuitatem. et prophe
tauerunt in baal. et decipiebant populum
meum israel. Et in prophetis hierusalem ui
di similitudinem adulterium et mendacium.
et confortauerunt manus pes
simorum. ut non conuertatur unusquisque
a malitia sua. Facti sunt mihi omnes
qui sodoma. et omnes habitatores eius
qui gomorra. Propterea hec dicit domin
exercituum ad prophetas. Ecce ego cibabo
eos absinthio. et potabo eos felle. A
prophetis enim hierusalem egressa est pollutio
super omnem terram. Hec dicit domin
exercituum. Nolite audire uerba prophe
tarum qui prophetant uobis et decipiunt uos.
Visionem cordis sui loquuntur. non de ore
domini. Dicunt his qui blasphe
mant me. locutus est dominus. Et
pax erit uobis. Omnis enim ambu
lat in pertinacia cordis sui dicunt.
non uenient super uos malum. Quis
enim affuit in consilio domini. et
uidit et audiuit sermonem eius. Qui
sistit uerbum audiuit. et audiuit.
Ecce turbo domini in indignationem
egressus est. et tempestas erumpens
super caput impiorum ueniet. Non re
uertetur furor domini usque dum fa
ciat. et usque dum perficiat cogitatio
nem cordis sui. In nouissimis diebus
intelligetis consilium eius. Non
mittebam prophetas. et ipsi currebant. non
loquebar ad eos. et ipsi prophetabant.
Si stetissent in consilio meo. et no
ta fecissent uerba mea populo meo.
auertissem utique eos a uia sua ma
la. et a pessimis cogitationibus suis.